diebus perpetuis temporibus missa pro vivorum et mortuorum salute ibidem celebretur et ut congregatio canonicorum regularium ibidem in divinis laudibus iugiter perseverans per huiusmodi quinque sexagenarum redditus singulis diebus reficiantur et in ferculis consolationem perpetue recipiant specialem. Nos igitur Michahel dei gratia praepositus, Theodericus prior totusque conventus canonicorum regularium ordinis sancti Augustini monasterii sancti Thomae supradicti cupientes votis et desideriis dicti Ottonis salubriter annuere et pro huiusmodi beneficiis nobis et ecclesiae nostrae per ipsum multipliciter collatis vicissitudinem rependere salutarem, ad perpetuam missam in dicta capella per nos et nostros successores singulis diebus pro dicti Ottonis suorum progenitorum et omnium carorum animabus divina cooperante clementia perpetue celebrandam astringimus et obligamus et obligatos in his scriptis publice profitemur, facientes praefatum Ottonem participem omnium bonorum missarum vigiliarum orationum castigationum abstinentiarum et aliorum piorum operum tam in vita quam in morte, quae per nos et nostros successores disposuerit gratia salvatoris. Ceterum cum dictus Otto diem vitae suae iuxta dispositionem divinae voluntatis clauserit extremum, memoriam ipsius et omnium carorum suorum in die anniversario obitus sui in missis et vigiliis sollempnibus prout pro animabus nostrorum concanonicorum facere consuevimus singulis annis aeviter peragemus, fratres quoque nostri monasterii qui tunc praesentes fuerint de quindecim grossis de supra notatis redditibus quolibet die anniversarii ut praemittitur capient et habere debent refectionem. Et ut omnia et singula firmius in memoria habeantur et inviolabiliter observentur, praesentem nostram litteram sigillis nostrae praepositurae et conventus duximus roborandam in evidens testimonium praemissorum. Datum anno domini M° tricentesimo septuagesimo septimo ipso die sancti Jacobi apostoli.

Nach dem Liber copiarum fol. 5b im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 142. 1377. 1. Nov.

Die Markgrafen Friedrich, Balthasar und Wilhelm eignen das wüste Dorf Kolmen bei Holzhausen, welches die Brüder von der Widere zu Lehn getragen und aufgelassen haben.

In gotes namen amen. Wen alle ordenunge, die zcu czithen begriffin werdin, von krankheit naturliches gebrechen vor rucket vnd vorgessen werden, da von ist not, daz man ewichcliche bistetunge, die an gotes dinst geleit vnd gegeben werden, mit guter kuntschaft vnd mit beseribener offenbarunge bestetige vnd beuestene. Hir vmme wir Friderich, Balthazar vnd Wilhelm gebrudere von gotes gnaden lantgrafen zcu Doringhen, margrafen zcu Mißen, in dem Osterlande vnd zcu Landisberg, grauen czu Orlamunde vnd herren dez landes zcu Plißen bekennen vnd thun kunt offentlich an dißem brife, daz wir an gesehen haben grozin merclichen schaden vnd gebrechen, den dy ynnighen in gotę der probest vnd die sampnunge ghemeine vnsers closters czu sente Thomas der regeler ordins gelegen an vnser stat zcu Lipczik von brande vnd ouch von ander beswerunge genomen habin, vnd haben yn zcu hulfe, zcu sture